

[E codice Vindobonensi lat. 9737f]

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO VIRO D.

TYCHONI BRAHE HVENÆ INSULÆ DOMINO,

MATHEMATICO LONGE PRÆ-

STANTISSIMO.

CLARISSIME D. TYCHO, in altero antilogiæ noſtræ exemplarium, quæ ab eodem amanuenſi deſcripta ſunt, quorum primum ad te miſſum fuit, hæc errata reperiuntur: εδει<sup>3</sup>/<sub>4</sub>αι pro δε<sup>1</sup>/<sub>4</sub>αι. Ubi SCULTETI fit mentio, exprobas pro exprobras. Et cum artificium veſtrum examinatur, ex his pro in his, ut in Cœleftibus: quæ ſi in tuo occurrant, vel ſimilia, peto corrigas. Pro reliquis reſponſurus ſum, nec diſcipulos tuos veriturus, imo ne præceptores tuos. Veritas et honeſtas mihi ſufficient ad defenſionem contra quofcunque. Et tamen, ut percurri obiter primum Tomum tuum, quamvis in multis a te diſſentiam, cœpi potius tuam induſtriam et eximias virtutes admirari, [S. 338](#) quam illarum iniuriarum, quæ nec te nec me digna fuere, recordari. Clementiſſimus Deus cœptis tuis benigne faveat et ad optatum exitum perducatur. Datæ 5 Auguſti Edinburgi.

IOAN. CRAIGIUS Doetor

Medicus.